



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

An Eucharistiam qui semper peccat, semper accipere debeat. xviii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

Eucharistiā intrepidus & securus. Sed hoc de illo dico mortalia peccata non grauant.

De eadem re. Cap. XVI.

Ex dictis eiusdē ad Ianuariū

**D**Ixerit quispiam, non quotidie accipiendam Eucharistiā, alius affirmet quotidie. Faciat vnusquisque quod secundum fidem suam piē credit esse faciendum. Quae enim litigauerunt inter se, aut quisquam eorum se alteri praeponit, Zacharus & ille Centurio, quum alter eorum gaudens in domo sua suscepit dominum, alter dixerit domino, non sum dignus vt intres sub tectum meum: ambo uatorem honorificantes, quamuis non vno modo: ambo caris miseri, ambo misericordiam consequuti. Ad hoc va quod manna secundum propriam voluntatem in ore cuiusque sapiebat.

Laici ter minimum in anno communicent.

Caput XVII.

Ex epist. Fabii pa. cap. 4.

**V**T si non frequentius, vel ter laici homines communicent in anno, nisi fortē quis maioribus quibuslibet rebus impediatur, id est, in Pascha & Pentecoste, & in festiuitate domini.

An Eucharistiā qui semper peccat, semper accipere debeat. Cap. XVIII.

Ex dictis Cypria. & aliorū sanctorū patrum.

**S**ANCTUS Cyprianus dixit: Eucharistiā quotidie ad cibum salutis accipitur. Sanctus Ambrosius dixit: Si quocumque effunditur sanguis Christi in remissionem peccatorū effunditur, deo semper accipere qui semper peccat, deo semper habere medicinā. S. Hylarius episcopus dixit: tanta nō sunt peccata vt excōmunicetur quis, nō se deo medicina corporis dñi separare. Vnde timendū est, ne abstractus à Christi corpore, alienus remaneat à salute. manifestū est eos viuere, qui corpus eius attingunt, ipse dicente: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in vobis. Qui eucharistiā peccare quieuit communicare non desinat.

Quod singulis diebus dominicis in Quadragesima fideliter communicandi sint. Cap. XIX.

Ex dictis Siluerii pap. ca. 3

**S**ingulis diebus dominicis in Quadragesima, praeter illos qui excommunicati sunt, & praeter illos qui in publicis poenitentia sunt, sacramenta corporis & sanguinis Christi sumenda sunt: & in coena domini, in vigilia Paschae, &